



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 23. Friderici cum Felice colloquium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. qui itidem Cardinalium dignitate clarus,  
 A.C. 1442. Poloniæ Regi sanguine conjunctus erat;  
 ceteri præbant Cardinales, Imperatorem  
 vero sequebantur Brunsvicensiuna Dux,  
 Comes Genevensis, aliique quam plurimi  
 Proceres, omnesque Praelati. Hi so-  
 lenni hoc comitatu Cæsarem ad Eccle-  
 siam Cathedralem deducebant, in qua  
 persolutis precibus unaomnes ad Frideri-  
 ci alloquium admitti sunt. Postera die  
 Cardinales cum Basileensibus Imperato-  
 rem visum ibant, quibus copiose declara-  
 bat, nil magis cordi sibi esse, quam ut  
 justitiam, & Ecclesiæ auctoritatem far-  
 tam tueretur. Postridie vero, inclinato  
 jam die, Felicem invisurus, cum paucis  
 suorum illum adiit, nulla tamen eidem  
 exhibita reverentia alias Romano Pon-  
 tifici debita, sed detecto duntaxat capi-  
 te in cubili substitut unacum omnibus,  
 qui eundem comitabantur. Felix com-  
 perto Cæsaris adventu cubiculo suo e-  
 gressus est, & cum novem suis Cardi-  
 nalibus, præcedente Crucis vexillo Impe-  
 ratori obviam processit, longam ac pur-  
 puream togam pontico vellere obductam  
 induitus.

## §. XXIII.

*Friderici cum Felice colloquium.*

Cæsar Felicem obsequiose excipiebat,  
 & per quemdam Episcopum sese ex-  
 cusa-

cusabat, quod ei non submissionem sum-  
mis Pontificibus debitam deferret, id au-  
tem ex eo sine fieri dicebat, ut eo facilius  
Ecclesiæ pax reddi posset, ad quam ut &  
ipse operam suam conferret, & Friderici  
consiliis acquiesceret, vehementer eum  
adhortaretur Imperator. Episcopus, cum  
Felicem alloquebatur, sollicite curabat,  
ne illam *Sanctitatis*, aut *Beatitudinis ve-*  
*stræ* titulo honoraret; quocirca eundem <sup>Aug. Patric.</sup>  
nonnisi *Clementem benignitatem suam voca-* <sup>hist. Conc.</sup>  
*vit.* Nihilominus inquit Patricius, *Felix Florent. art.*  
*Pontificalibus verbis non abstinuit, egitque* <sup>133. ex tom.</sup>  
*gratias de visitationis honore; ac denique* <sup>13. Conc.</sup>  
*multis hinc inde didicis Caesar domum re-* <sup>pag. 1603.</sup>  
*didiit, & sequenti die Basilea discessit.*

## §. XXIV.

*Felix Basilea Lausanam profectus.*

Paucis post Cæsaris discessum diebus, <sup>Patric. ib.</sup>  
Felix quoque Basilea Lausanam pe- <sup>p. 1605.</sup>  
tit. Comitabantur eum nonnulli Cardi-  
nales, ac Ministri, ceteris majori nume-  
ro Basileæ relictis. Hoc iter, ut suam  
valetudinem curaret, sese aggressum a-  
jebat, pollicitus, transacta hyeme ad Sy-  
nodum se redditum. Sub idem tempus  
Comitis Duglassii natione Scotti Orator  
Basileam venit, Domini sui nomine Fe-  
lici obsequium delatus, eidemque nun-  
ciatus, quosdam Episcopos, qui ab Eu-  
genio